

G. S. num. 43. #2

A. 37.

1625, 2

25

15

JESU BENIGNO DUCE,
DISPUTATIO.

DE FRUCTIBUS
ET EORUM
ACQUISITIONE,

Quam

Permissu & Autoritate Magni-
fici & Amplissimi Jctorum ordinis,

In Illustri Academia Lipsiensi,

Sub Praesidio,

Viri Clarissimi & Excellentissimi,

Dn. JACOBI BLÜMELII,
J. U. D. & P. P.

Publicè ventilandam exhibet

DAVID LINDENER
Chemnicensis,

Ad diem XIV. M. Julii,

horis à 7. matutinis in auditorio Jctorum.

LIPSIÆ,

Sub incude Calcographicâ GEORGI LIGER

ANNO: M. DC. XXV.



P. 19



VIRIS

Reverenda dignitate, prudentiâ, humanitate omnisq; eruditionis & virtutis laude præstantissimis

DN. M. MARTINO Schaw/
Pastori in Wolckwitz.

DN. IONÆ Samenhammer/
Reipublicæ Chemnicensis Prætori.

DN. MARTINO Han/
Ejusdem Reipublicæ Senatori,

DN. M. MARTINO Schaw/
ibidem Civi & Practico.

*Dnn. Fautoribus, tutori & Parentibus suis,
reverenter & officiosè colendis,*

offert

*David Lindener Chemnic.
Autor & Respondens.*



Σὺν Θεῷ !

THESIS I.

UT in praesenti hac materia (a) ritè progrediamur, praemittemus explicationem ipsorum terminorum, & in genere dicemus; 1. Quid fructus; deinde, quotuplices sint; & denique, quid sub vocabulis propriè acquisitionis & restitutionis veniat.

(a) Cujus utilitas non eget commendatione. Ipsa enim se ostendit arg. l. 1. ff. de rest. in integr. quippe perfecta illius cognitio, tam in dominio §. 35. l. de rer. divis. l. 62. §. 1 ff. de rei vend. quam in possessione l. 17. §. 1. 2. & 3. ff. eod. l. 48. ff. de acquirend. rer. dom. l. 1. §. 40. ff. de vi & vi arm. l. 8. §. 4. ff. de precar. l. 22. C. de rei vend. conspicitur. (b) Ejusmodi enim Praefationes, teste Icto Caeso, libentius ad lectionem proposita materiae perducunt, & cum ibi venerimus, evidentiore praestant intellectu, l. 1. sub fin. ff. de orig. Juris.

THESIS II.

Significat autem fructus vocabulum (a) interdum jus; interdum corpus; (b) Priori modo denotat jus utendi, fruendi, hoc est, usum fructum; (c) posteriori verò, cum ad corpus refertur, triplex ejus significatio (d) in jure occurrit: 1. enim κοινῶς: (e) 2. ἰδίως (f) 3. ἰδιαιτάτα, (g) accipitur.

(a) Quod à fruendo dicitur l. un. in pr. ff. quand. dies ususfr. leg. ced. Gædd. ad rubr. de sequest. fruct. & possess. n. 24. & ad l. 77. de V. S. disj. donell. lib. 10. Comment. Jur. Civil. c. 8. qui cum Varrone à ferendo deducit, ut fructus sit omne, quod res ferat.

α 2

(b) l. 8.

(b) l. 8. §. 2. ff. de per. & commod. rei vend. l. 43. ff. de evict.

(c) & ideo nihil interest, ususfructus, an usus legetur. l. 20. ff. de usuf. l. 14. §. 1. ff. de usu & hab. l. 41. ff. de usu & usuf. leg. Obst. vid. l. 1. ff. quand. dies usuf. leg. ced. l. 43. ff. de evict.

(d) Quae nisi ab initio statim explicetur, necesse est δὲ ἀνομοίας ἀπορίων ἔχειν, ut ait Aristotel. lib. 1. de ca. loc. 11. & nos ex variis ambiguitatibus in errorum gryphos induci, per gloss. in l. 80. ff. de V. O.

(e) Seu ἐν πλάτει arg. l. 12. §. 2. ff. rem. rat. hab. pro cuius-
cunq; rei emolumento, l. 62. ff. de rei vend. l. 7. l. 9. in pr. l. 59. §. 1. l. 62. ff. de usuf. l. 7. in pr. & §. 9. 11. 14. ff. sol. matr. l. 26. l. 28. l. 34. l. 36. l. 45. ff. de usuf. l. 50. in fin. ff. ad SC. Trebell. l. 77. ff. de V. S. l. 72. de R. 1. In qua significatione generali dicuntur fructus venire in actionem confessoriam, l. 4. §. 2. l. 6. §. 6. ff. si ser. vind. l. 5. §. 3. si usuf. pet. l. 19. §. 1. ff. de usuf.

(f) Civiliter, pro cuiusq; rei commodo, non ex corpore illius, sed ejus tantum occasione existente, d. l. 62. & l. 68. ff. de rei vend. l. 55. ff. de condict. indeb. l. 39. §. 1. ff. de leg. 1. l. 83. ff. de leg. 3. l. 88. §. 3. ff. ad l. Falcid. l. 9. §. 1. ff. de reb. aut. Jud. poss. l. 121. ff. de V. S.

(g) Pro cuiuslibet rei, seu corporis naturalis emolumento §. 35. I. de rer. div. & acquir. earum dom. l. 1. §. 1. ff. de rer. divis. l. 25. §. 1. ff. de usuf. in quo significatu, qui presenti tractationi maxime convenit, fructus hominis gratia, tanquam subjecti dignissimi, l. 44. in pr. ff. de adil. edict. natura comparari dicuntur, d. §. 39. I. de rer. divis. l. 28. §. 1. ff. de usuf.

THESIS III.

Hinc definiuntur fructus, (a) quod sint accessiones (b) rei, (c) vel ex ipso corpore, vel occasione ejus, ad necessitatem & usum hominis comparatae. (d)

(a) Etsi verò in jure civili, ut & in aliis disciplinis periculosa est omnis definitio, l. 202. ff. de R. 1. quòd difficilimè confirmari, nullo autem negotio everti potest, ut probat Philosophus lib. 7. top. c. 3.
quia

quia tamen nescit disputare, qui nescit definire, ut inquit Nevil-
zan. in sylv. Nupt. lib. 2. pag. 85. n. 171. exemplo Ulpiani, J. Cui no-
bilissimi, l. 4 in fin. ff. de ex. usat. prudentissimi, l. 11. C. de quast.
summiq. ingenij viri, l. un. §. 9. C. de caduc. toll. quem artis defini-
endi studiosissimum fuisse liquido apparet, ex l. 1. l. 10. ff. de I. & I.
l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de pros. l. 3. §. 2. ff. de ban. poss. & in primis
l. 7. §. 4. ff. ex quibus causis in poss. eat. generaliter hanc subicere
voluimus definitionem, qua, ut proprii cujuslibet accidentis alia
ex tribus potissimum constat, genere, subjecto & causa.

(b) Genus est accessio, arg. l. 2. §. 1. ff. de in diem addict. l.
50. in fin. ff. ad SC. Trebell. l. 61. §. 2. ff. de furt. l. 20. §. 3 in fin. ff.
de her. pet. l. 14. §. 1. in fin. C. de SS. Eccl.

(c) Subjectum est ipsa res, quatenus ex corpore, d. l. 1. §. 1.
ff. de rer. divis. vel occasione ejus, l. 121. ff. de V. S. l. 27. §. 1. l. 29.
ff. de her. pet. fructus proveniunt. Igitur in fructu hominis homo
esse non potest, §. 37. ff. de rer. divis. l. 27. ff. de her. pet. l. 68. ff. de
usu. l. 28. §. 1. ff. de usur. Repugnat namq. dignitas hominis arg.
l. 44. in pr. ff. de edilit. edict. ob quam absurdum visum est, ho-
minem in fructu esse, d. §. 37. J. de rer. divis. & l. 28. §. 1. ff. de
usu. l. 48. §. 6. ff. de furtis.

(d) Causa finalis, propter quam fructus rei accedere dicun-
tur, est necessitas & utilitas hominis, arg. l. 2. ff. de stat. hom. d.
§. 39 & d. l. 28. §. 1. In fructu enim id esse intelligitur, quod ad
usum hominis inductum est, l. 42. ff. de usu & usufr. leg.

THESIS IV.

Distinguntur fructus I. in Naturales & Civi-
les, (a)

(a) l. 9. in pr. l. 59. §. 1. ff. de usu. l. 62. ff. de rei vend. l.
121. ff. de V. S. Naturales dicuntur, qui ex ipso corpore rei proveni-
unt, d. l. 121. ff. de V. S. d. l. 62. ff. de rei vend. l. 7. ff. sol. matr. d.
l. 42. ff. de usu & usufr. leg. Civiles verò, qui occasione ejus acce-
dunt, ex alia scilicet causa, ut dicitur in d. l. 121. ff. de V. S. hoc est,

A 3

præ-

precedente nova obligatione, puta pacto, stipulatione, locatione, E.g.
pensiones praediorum l. 27. §. 1. ff. de her: pet: l. 39. §. 1. ff. de leg:
s. l. 7. §. 11. ff. sol: matr: mercedes colonorum l. 29. ff. de her. pet.
opera servorum, l. 4. ff. de oper: serv: vectura navium & jumen-
torum d. l. 29. de her: pet: d. l. 62. ff. de rei vend. l. 55. ff. de con-
dict: in deb: l. 39. §. 1. ff. de leg: 1. Hac enim omnia loco fructu-
um sunt; quia extrinsecus obveniunt d. l. 29. ff. de her. pet. l. 83.
in p. ff. de leg. 3. Venationes videm, si fructus fundi ex venatio-
ne constet, l. 62. ff. de usuf. l. 26. ff. de usuris. Non tamen usura,
licet fructuum vicem eas obtinere, innuat Ulpianus in l. 34. ff. de
usur: appellantur enim fructus l. 62. ff. de rei vend: l. 39. §. 1. ff.
de leg. 1. l. 83. ff. de leg. 3. quia jure fit, ut in fructu rei habeantur
d. l. 62. ff. de rei vend.

THESIS V.

Deinde fructus Naturales subdividuntur, in me-
re naturales & industriales. (a)

(a) l. 45. ff. de usur: Illi dicuntur, qui nullis hominum co-
gentibus ipsi sponte sua veniunt, ut Poëta canit 2. Georg. hoc est,
qui ex corpore rei sine ullo facto hominis sola natura proveniunt, ut
poma, pyra, nuces, ligna, gramina l. 9. §. 2. ff. de usuf. l. 7. §. 13.
& seq. ff. sol. matr. l. 25. §. 1. l. 28. l. 45. ff. de usur. l. penult. ff.
de pecul. l. 31. ff. de V. S. Item lana, lac, fetus pecudum d. l.
25. & 28. ff. de usuris. d. l. 7. ff. sol. mat. l. 4. §. 4. ff. de usucap.
diss. donell. lib. 4. Comment. Iur. civil. c. 25. & Cop. in tract. de
fruct: lib. 1. tit. 2. c. 2. qui industrialibus accensent. Industriales
vero vocantur, quod pro illis acquirendis, factum hominis l. 45. ff.
de usur: seu cultura & cura §. 35. J. de rer. divis: diligentia &
opera l. 48. ff. de acquir: rer: dom: requiritur, ut frumenta, legu-
mina, vinum, oleum & alia. d. l. 28. ff. de usur: d. l. 7. §. 9. ff. sol:
matr: d. l. 4. §. 4. ff. de usu. ap. l. 205. ff. de V. S. dicuntur vulgò
artificiales Gothofr: ad l. 22. C. de rei vend: Sed de his omnibus com-
muniter DD. sentiunt, quod exactè distingui haud possint; & pro-
pterea

pterea sapissimè prudenti Iudicis arbitrio relinquitur, ut is arbitretur, qui fructus naturalibus vel industrialibus annumerari debeant. Cyn. in l. certum C. de rei vend. Panorm: in c. gravis n. 7. extr. de rest. spoliat: qui hanc sententiam communiter teneri asserit, per l. 10. ff. de statu hominum. Schneid. in §. 39. n. 3. Inst. de rer. divis. Coler. in repetit. e. gravis, de rest. spoliat:

THESIS VI.

Ratiohe fundi fructus alii sunt pendentes, (a) alij separati. (b)

(a) Qui ita vocantur, quod nondum à solo separati sint, sed fundo seu corpori adhuc cohereant, l. 61. §. 8. ff. de furt. l. fin. §. 6. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. 44. ff. de rei vend. l. 12. §. 5. l. 27. ff. de usuf. licet jam nati & formati videantur l. 12. §. 51. l. 27. in p. ff. de usuf. l. 44. ff. de rei vend. alias dicuntur stantes d. l. 27. in pr. ff. de usuf. d. l. 7. §. 15. ff. sol. matr. l. 26. §. 1. ff. de furt: Et sunt vel maturi l. 9. ff. ad l. falc. vel non maturi l. 13. §. 10. ff. de act. emt. l. 27. §. 25. & seqq. ff. ad l. Aquil. l. 18. ff. quod vi aut clam: §. 37. J. de rer. divis. l. 8. ff. de annuis legat. & fideic. l. 42. ff. de usu & usuf. leg.

(b) Vel decerpti, l. 26. §. 1. ff. de furt. ut quando segetes excisæ, uva adempta, olea excussa fuerunt; quamvis nondum trium frumentum, vindemia coacta, aut oleum factum sit. l. 13. ff. quibus mod. usuf. amitt. d. l. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.

THESIS VII.

Denique respectu hominis vel sunt extantes, (a) vel consumiti, (b) vel percepti, (c) vel percipiendi. (d)

(a) Qui videlicet adhuc in bonis Domini vel Possessoris reperiuntur. VVes. ad d. §. 36. n. 8. J. de rer. divis. v. l. 3. C. de condit. ex leg. l. 22. C. de rei vend. l. 22. §. 2. ff. de pign. act. Ubi fructus extantes & consumiti inter se opponuntur.

(b) Qui

(b) Qui in bonis possessoris esse desierunt, & vel consumti
vel alienati sunt, l. 25. §. 11. ff. de hered. pet.

(c) Qui à solo separati sunt l. 22. §. 2. ff. ad SC. Trebell. l. 78.
ff. de rei vend. l. 13. quibus mod. ususf. amit. licet nondum in horrea
reconditi l. 8. ff. de annuis leg. d. l. 13. Perceptionem enim fru-
ctuum accipere debemus, non si perfecti (Holoander legit perfecte)
collecti, sed etiam coepti ita percipi, ut terra continere se fructus
desierint, veluti, si oliva, uva, lecta, nondum autem vinum, oleum
ab aliquo factum sit d. l. 78. ff. de rei vend: v. Cuj. 11. observ: 39.

(d) l. 1. §. 1. C. de pet: har: quorum duplex est, differentia,
vel enim percipi potuerunt, percepti autem non sunt. l. 33. ff. de
rei vend: Cuj: 9. observ: 34. l. 39. §. 1. ff. de leg. 1. vel futuri sunt
l. 73. ff. de V. O. l. 8. in pr: ff. de contrah. emt: §. 7. J. de legatis. l.
24. ff. de leg. 1.

THESIS VIII.

Quod ad vocabula (a) acquirendi & restitu-
endi attinet, illa in materia fructuum, ubi de acqui-
sitione & restitutione eorum agitur, speciatim & pro
re subjecta accipienda sunt.

(a) Quorum prima debet esse cura in tractatione rerum ac-
curata. arg. l. 6. §. 2. de iure patron: l. 78. l. 204. l. 215. ff. de V. S.
l. 11. ff. de pact. dot: l. 3. §. in his l. 38. ff. de usur: ut ita acquirere
nihil aliud sit, quam percipere arg. l. 37. l. 51. §. 1. l. 56. ff. de pet:
her: quamvis hac duo alias tempore distinguantur, vel ut antece-
dens & consequens. Restituere autem est reddere fructus l. 22. l.
35. l. 75. ff. de V. S. Hinc fructus acquirere, est lucrari accessiones
ex re, natura, vel jure, existentes; uti vice versa, restituere est
reddere rem seu corpus cum suis accessionibus & fructibus, ac jure
præstare. d. l. 22. l. 35. l. 75. ff. de V. S. Est enim tota restitutio ju-
ris, id est, totum id, quod restitui debet, à juris interpretatione
proficiscitur. l. 172. §. 1. ff. de R. I. l. 19. l. 38. ff. de usuris.

Fit au-

THESIS IX.

Fit autem fructuum acquisitio, vel jure domini;

A vero Domino §. 19. J. de rer. divis. l. 25. in pr. ff. de usur. ubi Julianus elegantem affert rationem, inquiens: Omnis fructus non jure seminis, sed jure soli, id est, fundi percipitur d. l. 25. Et ibi Bart. l. 2. l. 6. ff. de acquir. rer. dom. Cujus igitur fundus, ad eum quoque pertinebunt fructus, d. §. 19. Et d. l. 25. quia accessori-um sequitur naturam sui principalis, c. accessorium. de R. l. in 6.

X.

Vel jure servitutis.

Ab usu fructuario, qui omnes omnino fructus naturales & civiles, ex re ipsa, sive ejus occasione provenientes acquirit §. 37. J. de rer. divis. l. 7. in pr. Et §. 2. l. 9. l. 12. §. 5. l. 58. ff. de usufr. l. 13. ff. quibus mod. ususf. amit. l. 28. in pr. ff. de usur. modo ipse per se, vel per alium percipiat §. 36. J. de rer. divis. d. l. 12. §. 5. ff. de usufr. d. l. 13. ff. quib. mod. usufr. amit. l. 8. ff. de annuis leg. Alias, si maturis fructibus debeat usufructuarius, non heredibus ejus, sed domino proprietatis acquiruntur, d. §. 36. §. finitur 3. l. de usufr. d. l. 12. §. 5. ff. ibid. d. l. 13. ff. quib. mod. ususf. vel usus amit. quia fructus pendentes fundi pars esse videntur l. 44 ff. de rei vend. l. fin. §. 6. ff. que in fraud. cred. l. 12. §. 11. ff. de instrum. Et instr. legat. l. 61. §. 8. ff. de furt. dissent. Cujac: in tract. feud. lib. 4. tit. 30. Et ad l. 32. ff. de usu, & ususf. leg. quem refutat Hartman. Pist. lib. 1. quest. 24. n. 17. De fructibus ultimi anni, quo feudum morte Vasalli Domino aperitur, vetus ac difficilis est controversia, an illi ad Dominum pertineant, an ad heredes defuncti: Sed communis est DD. sententia, test. Hart. Pist. l. 1. quest. 24. n. 43. Rosenth: in Synoph: feud. c. 20. quest. 125. Et seq. si Vasallus ante Calendas Martij moriatur, omnes anni illius fructus Domino cedere; si post Calendas Martij, usque ad Augustum completum moriatur, heredum manere, si vero post Augustum, rursus omnes fructus Domini esse, C. un. §. his consequenter, verb. post Augustum 2. feud.

et fructibus
anni

feud. 28. Zasius part. 10. in f. de feud. Somsb. part. 10. n. 10. de feud.
Alvar. Præpos. in d. c. un. Borch. c. 7. n. 95. De jure Saxonico, quid
hoc in casu observetur, vide Landrecht art. 58. lib. 2. Lehnrecht c.
6. Hart. Pist. d. l.

Quid item de fructibus fundi dotalitij pendentibus statuen-
dum, v. Landrecht. d. l. 2. art. 58. cujus vigore, mortuo marito,
heredibus ejus cedunt. Toming. decis. 3. num. 1. Was die Ege
bestrichen hat. Const. Elect. August. part. 3. Const. 32. uxore ve-
ro mortua, ad heredem mulieris, cujus sumptibus fundus cultus est,
pertinent; arg. d. art. 58. & Landrecht lib. 3. art. 76. in f. d. const.
Elect. 32. part. 3. Coler. de process. execut. c. 3. n. 245. & seqq.

THESIS XI.

Vel jure obligationis.

Ut à conductore seu colono l. 15. §. 1. l. 24. §. 4. l. 25. §. 1. l.
33. ff. loc. qui fructus acquirit, sive à se, sive ab alio decerptos, l.
26. §. 1. l. 61. §. 8. ff. de furt. & hoc jus suum in heredem transmit-
tit, si intra tempus locationis decedat §. fin. 1. de locat. l. 10. C. eod.
Emphyteuticario, qui & ipse fructus suos facit, simul atq; à solo se-
parati sunt. d. l. 25. §. 1. ff. de usur. & hoc jus suum heredibus re-
linquit, §. heredes. §. adeo l. de locat. quod tamen in usufructua-
rio secus se habet, d. §. 36. l. de rer. divis. l. 12. §. 5. ff. de usufr.
Creditore ex pacto à uxore l. 11. §. 1. l. 30. l. 33. ff. de pign.
quod in jure toleratur, non tam propter incertum fructuum pro-
ventum, quam dubium eorundem pretium, l. 17. l. 23. C. eod.

THESIS XII.

Vel deniq; iure possessionis.

à Bone fidei possessore d. l. 25. §. 1. l. 28. l. 45. ff. de usur. qui
sine dubio fructus industriales sibi acquirit. §. 36. l. de rer. divis. §.
2. l. de off. Jud. d. l. 25. §. 1. ff. de usur. & l. 48. in pr. ff. de acquir.
rer. dom. ubi, si quis in alieno fundo, quem ego bonâ fide mercatus
fueram, frumentum suum severit, meum fieri asseritur. Ratio est:
quia frumenta, qua sata sunt, solo cedere dicuntur, §. 33. l. de rer.
divis.

possessor
& industriali
cipit.

divis. Ratio rationis, quia credibile est, alio terra alimento, alia facta esse, l. 26. §. 2. ff. de acquir. rer. dom. Quâ itaq, ratione solo cedunt, respectu veri domini: Siceadem etiam mei intuitu cedere debent; d. l. 25. §. 1. quibus accedit textus in d. l. 48. §. fin. ff. de acquir. rer. dom. ubi Paulus adscribit Bonafidei possessori oves pragnantes simul cum foetu, licet statim post traditionem, seu antè etiam pariant, §. 3. l. de emt. & vend. lanam, quam vis proximè sint tonsura, & lac, quamvis plenis venierint uberibus, adeò, ut nulla indigeat usucapione l. 4. §. 19. ff. de usucap. Quæ omnia generaliter loquendo satis indisse videtur Cujus in d. l. 28. ff. de usur. Ratio est: quia quemadmodum Dominus partum ut partem, propter ventrem, ut totum acquirit, l. 5. §. 2. ff. & l. 7. C. de rei vend. §. pen. l. de jur. pers. §. 19. l. de rer. divis. l. 7. in pr. ff. de except. rei jud. l. 113. ff. de R. I. c. in toto. de R. I. in 6. Sic ejusdem rei Possessor sit Dominus, non propter ventris dominium, quod nunquam acquisivit, l. 1. §. 2. ff. de Scto Silan. non propter culturam & curam, quam nunquam adhibuit, sed bonam ob fidem, quæ tantundem prestat possidenti, quantum veritas. l. 136. de R. I.

THESIS XIII.

Sed quæritur, utrum Bonafidei Possessor etiam fructus naturales acquirat?

Quod affirmatur: 1. Quia Bonafidei possessor in fructibus percipiendis, id juris habet, quod Dominis prediorum tributum est, d. l. 48. ff. de acquir. rer. dom. d. l. 25. §. 1. ff. de usur. 2. Quia utrobique eadem est acquisitionis causa, Bonafides videlicet, ubi autem eadem causa, ibi quoque idem jus esse censetur, l. 32. ff. ad l. Aquil. l. 108. ff. de V. O. & causatum regulariter judicari solet, secundum suam causam l. 2. ff. de flum. & ne quid in flum. l. 9. ff. ad l. Jul. de adult. 3. Quia omne id, quod numeratur in fructu, ita pertinet ad Bonafidei possessorem, ut statim ipsius fiat, l. 4. §. 19. ff. de usucap. l. 48. §. 6. ff. de furt. d. l. 48. in fin. ff. de acquir. rer. dom. id est solâ separatione, aut perceptione, d. l. 48. l. 78. ff. de rei vend.

Et denique: quia bona fides pro veritate est. d. l. 136. ff. de R. l.

THESIS XIV.

Modi acquirendi fructus, tam naturales; quam industriales; respectu bonæ fidei possessoris consistunt, in separatione, (a) perceptione, (b) & consumptione. (c)

(a) Separatio fit, quando fructus corpori coherere desinant; id, quod accidit, vel factu hominis, vel solâ naturâ. Illud cernitur in decerpendo, desecando, cadendo, eximendo, excutiendo, mulgendo, l. 26. §. 1. ff. de furt. l. 12. §. fin. & i. t. ff. de usufr. l. 4. §. 19. ff. de usucap. l. 13. ff. quibus mod. usufr. amitt. l. 6. ff. de donat. Natura, quando ob naturalem maturitatem, sine hominis factu decidunt fructus, d. l. 13. ff. quibus mod. usufr. amitt. aut factus animalium eduntur, l. 28. ff. de usur. l. 48. §. 5. ff. de furt.

(b) Separatio hæc dicitur etiam in l. 78. ff. de rei vend. perceptio, quæ vel est perfecta, vel imperfecta. Illa fit, ubi fructus perfecte collecti, & in horrea reconditi sunt, oleum etiam factum, vindemia coacta, frumentum tritum, d. l. 78. d. l. 13. Hæc vero, quando fructus cepti sunt ita percipi, ut terra se continere desierint, veluti spicâ, aut feno tantum caso, aut uvâ ademptâ. Atque hisce duobus modis fiunt fructus bonæ fidei possessoris, tam industriales, d. l. 25. §. 1. & l. 28. ff. de usur. l. 9. §. 19. ff. de usu ap. l. 48. ff. de acquir. rer. dom. d. l. 13. l. 78. ff. de rei vend. Ratio est: quia fructus percipit possessor jure soli. d. l. 25. ff. de usur. quam naturales, §. in pecudum l. de rer. divis. d. l. 28. ff. de usur.

(c) Consumptio denique facta esse dicitur, quando de eo, quod exerat, nihil amplius in patrimonii corpore retinetur, l. 72. ff. de leg. 2. l. 23. ff. de adim. leg. l. 17. ff. quod met. caus. l. 8. ff. pro empto. l. 22. ff. neg. gest. l. 11. §. 6. ff. de min. l. 32. §. 3. ff. de donat. int. vir. & ux. l. 25. §. 1. & 15. ff. de petitione hereditatis. Quando autem fructus ita consumit possessor, tunc acquisitio illa plenissimam habet firmitatem, meliorque est causa consumentis, quam separantis, aut

vis aut percipientis. Hi enim suos interim faciunt d. l. 48. in pr.
id est, ita acquirunt, ut tamen restitutioni sint subiecti. Ille vero
dicitur fructus lucrari. l. 4. §. 2. ff. famil. ercisc: cum Dominus de
his agere non possit l. 36. l. de rer. divis. & licet de his agat, non
tamen habetur à Judice ratio §. etsi J. de off. Jud: Atq; hoc obti-
net, non tantum in fructibus industrialibus, verum etiam natu-
ralibus. Verba enim legum sunt generalia. l. 22. C. de rei vend.
d. §. 36. l. de rer. divis. d. §. etsi l. de off. Jud. l. 41. §. 1. ff. de re
Judicat.

THESIS XV.

Hinc sequitur, malæ fidei possessorem nullos o-
mninò fructus acquirere, sed indistinctè omnes, &
perceptos, & consumptos, & percipiendos restituere.

Cum enim sciens alienum fundum possideat, sibi ipsi impu-
ret, si cum fundo fructus, licet percepti & consumpti sint, restitue-
re cogatur. d. §. 36. l. de rer. divis. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. Culpa,
quippe est, immiscere se rei, ad se non pertinenti, l. 36. ff. de R. J.
c. 19. de R. l. in §. Et quilibet scire debet, quod suam non est, ad
alium pertinere, omnibus modis. l. fin. C. und. vi. Facit, quod
fructus, quos percipere potui, sint fructus percipiendi. arg. l. 33.
ff. de rei vend. l. 39. §. 1. ff. de leg. 1. d. §. 2. J. de off. Jud. At qui
malæ fidei possessor tenetur restituere fructus, non solum eos, qui
percepti sunt, verum si plus ego percipere potui. l. 12. in pr. ff. quod
met. caus. l. 10. §. 19. & seq. ff. qua in fraud. cred. Ergo malæ fi-
dei possessor ad fructuum percipiendorum restitutionem tenetur,
ita, ut relatio ad peritorem, non vero ad ipsum malæ fidei posses-
sorem fiat. l. 20. l. 33. l. 35. in pr. l. 62. ff. de rei vend. l. 39. §. 1. ff.
de leg. 1. l. 12. in pr. ff. quod met. caus. l. 15 §. 7. ff. quod vi aut
clam. l. 4. C. unde vi: c. gravis. de rest. spoliat. Nec distinguimus,
utrum titulum habeat, nec non, d. l. 22. C. de rei vend. l. 10. §. 20.
ff. qua in fraud. cred. Iniqua enim esset excusatio, si ve personam
possessoris spectemus; quia titulus, uti scientiam rei aliena non
mutat,

mutat, ita nec malam fidem; sive injuriam, quâ afficeretur petitor, quam titulus nullâ in re minuit. Nihil enim est aliud titulum hîc adhibere, quam fraude latebram querere, & pretextum injuria, ut in aliena re liberius grassari liceat. l. 5. cum l. seq. ff. de susp. tut: Neq; etiam attenditur, utrum locupletior factus, nec ne, v. §. 2. J. de off. Jud. ibi etsi hereditas l. 33. l. 62. ff. de rei vend: l. 25. §. quod autem. l. 40. §. prado l. 52. ff. de pet. her: l. 9. l. 22. C. de rei vend.

THESIS XVI.

Ita bonæ fidei possessor fructus, quos post litem contestatâ percepit, & consumsit, restituere tenetur.

d. l. 62. §. fin. ff. de rei vend. l. 33. §. 1. ff. de usucap. l. 10. C. de acquir. poss. l. 38. ff. de jur. fisci. l. 25. §. 7. ff. de pet. her. l. 3. C. de condiçt. ex. l. d. §. 2. I. de offic. Jud. 1. Quia per fructus universos collectivè veniunt omnes & extantes & consumti fructus, maximè prius factâ oppositione inter fructus extantes & consumtos, l. 22. C. de rei vend. Atqui Bonæ fidei possessor fructus cogitur prestare cum re universos post litem contestatam d. l. 22. C. de rei vend: Ergo etiam post litem contestatam fructus cum re, & extantes & consumtos prestare & restituere cogitur. 2. Oppositis fructibus bonâ fide ante & post litem contestatam perceptis, id quod de specie eorum alterâ affirmatur, de altera negatur. Oppositorum enim uno affirmato, alterum negatur, l. 15. ff. de except. rei judic. l. 40. §. 2. ff. de proc. l. 124. ff. de V. S. Atqui de fructibus bonâ fide perceptis ante litem contestatam in oppositione ad fructus post litem contestatam perceptos affirmatur, quod bonæ fidei possessor eosdem retineat consumtos, nec restituat. d. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. arg. l. 1. §. 1. & l. 2. C. de pet. her. Ergo de fructibus bonâ fide post litem contestatam perceptis negatur, quod bonæ fidei possessor eosdem consumtos absq; ulla restitutione retineat. 3. Malæ fidei possessor tenetur universos fructus & extantes, & consumtos restituere. d. l. 22. C. de rei vend: Atqui Bonæ fidei possessor post litem contestatam incipit

cipit malefidei possessore esse, l. 25. §. 7. ff. de pet. her. Ergo tene-
tur restituere fructus universos, perceptos, extantes, & consum-
ptos, d. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. d. §. 2. l. de off. Jud. d. l. 22. C. de re
vend. l. 2. C. d. fruct. & lit. Expens. l. 25. §. 7. ff. de pet. her.

THESIS XVII.

Deductis videlicet expensis, id quod generale
est in restitutione.

l. 1. in pr. ff. sol. matr. Quod enim in fructus redigendos im-
pensum est, non ambigitur fructus deminuere, l. 46. ff. de usur. l.
36. §. 5. ff. de pet. her. l. 48. ff. de rei vend. l. 1. C. de fruct. &
lit. expens. Sed cum impense triplicis sint generis, necessariae, u-
tiles, & voluptuariae l. 1. ff. de impens. in res. dot. fact. l. 79. ff. de
V. S. sciendum, necessarias impensas deduci tam à male, quam à
bonafidei possessore l. 38. ff. de pet. her. l. 48. ff. de rei vend. & l. 5.
C. eod. cum hac tamen limitatione, ut bonafidei possessor eas dedu-
cat, siue res, in quam facta sint, extet, siue non: male autem fidei
possessor non aliter, quam si res melior sit d. l. 38. d. l. 5. v. l. 14. ff.
de condict. in deb. Utiles similiter bonafidei possessor deducit non
vero malefidei possessor, quamvis potestas sit ei tollere, si sine detri-
mento ipsius rei fieri possit, l. 38. & l. 39. ff. de petit. her. l. 37. &
l. 38. ff. de rei vend. d. l. 5. C. eod. Denique voluptuarias Bonafidei
possessor servat per doli exceptionem, d. l. 39. §. 1. ff. de pet. her.
aut eas tollit, si sine rei damno hoc fieri possit, aut etiam futurum
sit aliquid ejus, quod abstulit. l. 9. ff. de impens. in res dot. fact.
Malefidei vero possessori permittitur eos, sine dispendio tantum
rei tollere. d. l. 39. in f. ff. de pet. her.

THESIS XVIII.

Eam autem restitutionem consequimur, aut rei
vendicatione, (a) aut condictione ex lege, (b) aut offi-
cio Iudicis. (c)

(a) Qua


(a) *Qua petuntur fructus extantes, l. 49. §. 1. ff. de rei vend. l. 12. §. 3. ff. ad exhib. l. 25. ff. de V. S.*

(b) *Qua vendicuntur consumi, l. 3. C. de condict. ex leg. l. 22. §. 2. ff. de pign. act. arg. l. 13. ff. de reb. cred. l. 94. §. 2. de solut.*

(c) *Quo consequimur fructus post litem contestatam perceptos aut percipiendos, d. §. 2. l. de off. iud. l. 53. l. 68. ff. de rei vend.*

τῷ Χριστῷ κλέθ, εὐδορίας τῷ πίδακι πάσης

Gloria sit Christo, nostros qui prosperat actus.



Quod, Lindnere, theses scriptas de fructibus offers
Publicitùs, cæpti rem facis officii,
Laudo, probo, commendo magis; sic perge, deinceps
Decerpes fructus ingenii varios.

Quisquis enim tractat studiosè *Juridicinam*,
De studiis fruges demetit ille bonas.

εὐφημίας ἔνεκα adjecit

M. JOHANNES MÜLLER,
Professor Logicus.

F I N I S.



LIBRARY
UNIVERSITÄT
MAGDEBURG
1875

2


P 469




X2615935

Kont







15

G. 5. num. 43. #2

A. 37.

1625, 2

25

JESU BENIGNO DUCE,
DISPUTATIO.
DE FRUCTIBUS
ET EORUM
ACQUISITIONE,

Quam
Permissu & Autoritate Magni-
fici & Amplissimi Jctorum ordinis,
In Illustri Academia Lipsiensi,

P. 19

Sub Praesidio,
Viri Clarissimi & Excellentissimi,
Dn. JACOBI BLÜMELII,
J. U. D. & P. P.

Publicè ventilandam exhibet
DAVID LINDENER
Chemnicensis,

Ad diem XIV. M. Julii,
horis à 7. matutinis in auditorio Jctorum.

LIPSIÆ,
Sub incude Calcographica GEORGII LIGERII
ANNO: M. DC. XXV.

